

BERTHOLDVS EPISCOPVS FRISINGENSIS.



Bertholdus à Vuechingē optima indole & fœ
blicissimo ingenio fuit præditus. Itaq; parētes
eum ad nouam Academiam Vuienensem ablega
runt, ut ibidē humanioribus literis & philosophiæ
operam daret. Ibidem autē adeò Bertholdus pro
fecit, ut primus liberalium artiū Magister in scho
la Vuiennensi creatus fuerit. Postea uero etiam sa
cris literis diligenter incubuit, atq; pietate & uirtu
tibus insignis omnibus charus extitit. Cum itaque
Lupoldus præsul Frisingensis esset mortuus, Ber
tholdus ille anno 1381 eius Ecclesiæ 36 Episcopus e
lectus fuit. Eam etiam functionem magno Episco
patus emolumēto optimè administravit. Accidit
autem aliquando ut Iudex Frisingensis proditione quadam Ludouico Baua
riæ duci urbem tradere promisisset. Cum itaq; dux in itinere cū suis militibus
esset, atq; ex improviso Frisingam occupare proposuisset, optimi episcopi re
cordatus sua sponte à proposito cessit, atq; proditorem Bertholdo significa
uit. Id cum præsul intellexisset, Iudicem crimen illud confitentem in publico
foro decollari iussit, atq; urbem sua pietate & prudentia conseruauit. Cū hoc
modo per 30 annos gnauiter perseuerasset, tandem Anno 1410 moriens
Degenhartum successorem habuit. Ipse in sua Ecclesia sepultus
quiescit. Monst. lib. 3. Cos.